



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

III. S. Aidi Vita Tertia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A

D

III. S. AIDI VITA TERTIA

E codice Dubliniensi bibliothecae Marshianae Z. 3. 1. 5 (= M), collato cum codice Collegii Sanctissimae Trinitatis E. 3. 11 (= T) et editione Colganensi. Cf. Comm. praev. num. 4.

Incipit Vita sancti Edi¹ episcopi et confessoris² (1).

Aidi genus. 1. Beatissimus Edus episcopus filius¹ Bricht² de nobiliori Hybernie³ genere (id est de semine Cuid Cetcathaidh⁴ (2), qui in¹ summa pace et maxima fertilitate⁵ Hyberniam in Temoria viginti annis regnavit) oriundus fuit. Mater vero Edi episcopi de Mumenia⁶, id est de regione Muscray Tire⁷, orta est, que iam⁸ erat satis nobilis. Cumque illa⁹ esset vicina partui super sanctum Edum, quidam¹⁰ propheta venit secus domum illius, et dixit ille suis: «Est mulier istius domus pregnans, cuius tempus ut pariat venit. Si igitur infans, quem in utero habet, eras nasceretur hora matutina, magnus esset coram Deo et hominibus, in celo et in terra; cuius nomen et memoria per totam Hyberniam maneret per seculum.» Hoc audiens quedam puella, ilico¹¹ venit et retulit domine sue, incipienti tunc parturire¹². Illa ait: «Vere¹³ nisi per latera mea venerit¹⁴, non egredietur de¹⁵ utero meo, donec illa hora veniet.» Et sedit¹⁶ super¹⁷ petram, mansitque in ea sedens usque ad horam matutinam contra dolores parturitionum. Hoc magnum mirabile fecit Deus in nativitate sancti Edi infantis; nam cum mater eius hora matutina fatigata esset, capud infantis super¹⁸ petram cecidit¹⁹, et fecit concavum in ea²⁰ secundum similitudinem capitis; et usque hodie ille lapis ita cavatus manet, et aqua que sit¹ in eo concavo, languores omnium credentium²¹ sanat. Et accepto baptismi lavaero, sanctus Edus in Mumenia²², in regione matris sue, ab infancia²³ sua¹ usque ad etatem juvenilem in seculari habitu alitus est. Parentes enim sui volebant ut ipse secularis esset in vita sua; sed beatus puer Edus, spirante in eo divina gratia, conservavit se

Prodigia in eius natalitate.

Cf. Luc. 1, 15.

integrum anima et corpore ab illicitis actibus²⁴ secularibus.

2. Quodam die ambulans beatus puer Edus solus in heremo, inven<it>¹ in quadam cellula secreta et remota insula duos sanctos seniores² abbates, silicet Brendanum Byrra et Kainnicum³, legentes evangelium sub umbra arborum; et loquentes sibi invicem sancti viderunt sibi proximantem⁴ puerum⁵. Quem ut vidit sanctus Brendanus⁶ surrexit in obviam eius, et cum gaudio suscepit eum. Sanctus autem Cainnicus⁷ increpavit beatum Brendanum, eo quod in adventu ignoti pueri⁸ surrexit. Cui sanctus Brendanus ait: «Nonne tu, Cainnice, vides cum eo quod ego video?» Sanctus⁹ Cainnicus¹⁰ dixit: «Vere nichil ego¹¹ video cum eo.» Brendanus ait: «Ecce ipse est plenus gratia Spiritus sancti, et exercitus angelorum comitatur eum undique; quamvis est hodie puer secularis, tamen episcopus sanctus et magna columpna ecclesie erit.» Postea sancti et beatus puer Edus benedixerunt se invicem (3), et cum gaudio ipse¹² reversus est¹³ ab eis.

3. Beatus puer Edus a nullo magistro est doctus¹ in puericia sua in liberali arte, nec in literis eruditus, necque in regulis ecclesiasticis limatus est, usque ad tempus adolescentie² sue; sed, sicut superius diximus, inter plebeos³ homines integer⁴ corpore et anima Dei gratia nutritus est in Mumenia⁵. Cum igitur esset adulescens, perrexit ad patriam suam, regionem Midhi⁶, ut partem de paterna⁷ hereditate quereret. Sed fratres sui nullam partem dederunt ei; nam inter se statim post obitum patris eorum, ipso puero in aliena patria manente, dividerunt. Sed hoc cognatis suis⁷ displicuit. Hoc videns beatus juvenis Edus, quandam puellam, filiam⁸ cuiusdam hominis potentis, rapuit secum ad

Cf. Iac. 1, 28.

Adulescens obvios habet Brendanum Birrensem et Cannechum. I, 2; II, 2.

E

Eius educatio. I, 3; II, 3.

Hereditalem paternam obtinere nititur;

F

Lemma. —¹ Aidi hic COLG. sed ut plurimum Aed. —² Aedh mac Bric meic Cormaic meic Cri <m> thaind meic Fiachach meic Neill Naign <h> iallaigh add. M alia man.

1. —¹ om. COLG. —² Bricht COLG. —³ Hibernia T. —⁴ Chedchati T; (C. C.) Conni Kedchathaigh COLG. —⁵ caritate T. —⁶ Momenia hic et ubique T; Momenia COLG. —⁷ (M. T.) Muscrigae-Thiri COLG. —⁸ etiam COLG. —⁹ mater eius COLG. —¹⁰ quia T. —¹¹ illico T. —¹² pariture T. —¹³ ultra COLG. —¹⁴ veniet COLG. —¹⁵ sic M, T, COLG. —¹⁶ illa add. T. —¹⁷ super (vel supra?) T; supra COLG. —¹⁸ super (vel supra?) T. —¹⁹ (s. p. e.) c. supra p. COLG. —²⁰ (i. e.) om. COLG. —²¹ accedentium

COLG. —²² Mumenia COLG. —²³ infancia (i prior sup. lin. corr.) T. —²⁴ om. T.

2. —¹ inven M; inuenit T, COLG. —² et add. T. —³ (B. B. et K.) Brandanum Birra et Kainnicum T; S. Brandanum Birrae et Cainnicum COLG. —⁴ (s. p.) se appropinquantem COLG. —⁵ sup. lin. corr. T. —⁶ Brand COLG. et sic infra. —⁷ Kainnicus T et sic porro; Cainnicus COLG. —⁸ (i. p.) p. i. COLG. —⁹ beatus T. —¹⁰ Cainnicus COLG. —¹¹ (n. e.) prius bis scriptum M. —¹² om. COLG. —¹³ (r. e.) e. r. COLG.

3. —¹ edoctus COLG. —² adolencie ante corr. M. —³ sic M, T. —⁴ sup. lin. corr. M; om. COLG. —⁵ Mumenia COLG. —⁶ Mediae COLG. —⁷ om. COLG.

(1) Vix quicquam superest quod explanatione dignum esse videatur; quippe omnia fere quae dicenda erant, loco Vitae I qui cuique capitulo huius recensionis respondet iam annotavimus. Ideo satius esse arbitramur in margine hic ascribere numerum capitulorum primae alteriusque Vitae ubi eadem narrantur. — (2) Hic genitivus est nominis Cond sive Conn, cognomine Cécathach, hoc est *ἐκατοστάραχος*, vel qui unus centum hominum impetum sustinere pot-

erat; cognomen et intellegi et verti solitum est «a centum praeliis», sed perperam, uti ostendit PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. II, p. 353, col. 1, i. v. Cond Cetcathach. Hunc Hiberniam rexisse altero post Christum saeculo triginta quinque annos alii ferunt, alii viginti; vid. COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 422, col. 2, annot. 4. — (3) Hoc est, inter se salutaverunt vel valedixerunt. Benedicere enim gadelice idem est ac salve et vale dicere.

Momeniam

VITA III

*sed
suadente
S. Illundo,
divitiis
renuntians,*

*eidem
sancto
episcopo
adhaeret,*

*et ex
oboedientia
arandi
opus
suscipit.
I, 4-7; II, 4.
Bovis
defectus
miraculo
suppletur,*

*itemque
vomeris.*

*Auctore
S. Illundo
ab eo
secedit*

Momeniam⁸, ut per hanc iniuriam fratres sui afflicti, hereditatem suam sibi darent pro illa puella. Rapta puella, venit Edus cum suis committibus secus monasterium sancti episcopi Illundi⁹, qui relinquens seculum monachos regebat. Vidensque¹⁰ sanctus senior⁷ Illundus episcopus foris Edum intervallo a turba remotum, et⁷ angelos Dei cum eo, ait uni de discipulis suis: «Vade, et dic illi adolescenti, qui est separatim in itinere¹¹, ut ad me paulisper declinet.» Audiens beatus Edus nuncium sancti Dei, humiliter venit ad episcopum. Qui dixit ei¹²: «Quare queris, fili, per vim hereditatem paternam¹³ terrenam¹⁴? Ecce enim habes patrem, cuius hereditas est celum et terra, omnesque creature; qui dabit tibi hereditatem multo maiorem et meliorem in celo. Noli ergo per iniuriam querere mortalium¹⁵ terram, sed hanc dimitte puellam ad parentes suos liberam, et pone collum tuum sub iugo Christi.» Respondit ei beatus Edus dicens: «Quodcumque¹⁶ dixeris mihi, pater, ego⁷ sum paratus¹⁷ facere.» Et tunc remissa est puella ad domum suam; et omnia que beatus Edus in seculo habuit, voluntario animo reliquit, et mansit ipse cum sancto¹⁸ Illundo in monasterio suo, omnibus iussionibus eius obediens, et literas et scripturas apud eum assidue¹⁹ addiscens²⁰.

4. Alio die sanctus suus magister beato Edo dixit¹: «Fili, quia fratres sunt occupati in aliis² rebus, perge ad arandum nobis hiis diebus.» Respondit beatus puer Edus: «Omni tuo imperio ero obediens.» Quadam die venit ad eum quidam nunciatus ei unum bovem defuisse sibi³ in aratro⁴ suo. Tunc beatus Edus, misertus indigenti, dixit precedenti aratrum puero: «Resiste⁵ interim, frater.» Ille expectans, pius Edus⁶ solvit bovem de suo aratro, deditque illum indigenti. Ipse iam postea² in tribus bovis arabat; et bos ex una parte iugum portabat, et <ex⁷> altera parte potestas divina iugum mirabiliter sustinebat⁸ et trahebat. Simili modo cultrum suum sanctus Edus alii indigenti⁹ homini¹⁰ dedit; et ipse postea sine cultro cepit arare, sed divina potencia terram ante eum scindebat. Tanta miracula videns sanctus episcopus Illundus per beatum Edum alumpnum suum facta, dixit ei: «O² fili, magna miracula facis; ideo debes magister esse, et non discipulus. Vade igitur ad regionem matris tue, et construe ibi in Christi honore cellam.» Re-

spondit sanctus Edus, dicens: «Oportet me, pater, facere si quid iusseris.» Tunc beatus Edus cum quibusdam discipulis sibi¹¹ assignatis perrexit, et fundavit monasterium, quod vocatur Enach¹² Midbreuin; ibique mansit multo tempore, et magnas virtutes fecit.

5. Congregavit aliquando¹ rex Mumenie² magnum exercitum, volens ut Nepotes Neill redigeret ad regnum suum. Hoc audiens rex Neopotum Neill, perterritus³ est; et colligens ipse exercitum, misit sanctum Edum, ut illius anni pacem rogaret inter maternam et paternam gentem⁴. Sed sanctus Edus pergens ad castra Mumenensium⁵, rota curru sui in via plana fracta est; et currus altera rota sine impedimento currebat sub sancto Dei, suffultus nutu divino⁶. Turbe hoc valde⁷ admirantes, sanctum Dei cum gloria et honore receperunt⁸; sed tamen pacem a rege non potuit⁹ impetrare. Et rediens sanctus Edus a rege ingratus, ilico carus regis consiliarius mortuus est, et terra deglutivit duos equos suos. Tunc rex, timore perterritus, revocavit sanctum Edum, et exiens in obviam sancti, tribus vicibus prostravit se ad terram coram viro Dei. Et ait vir sanctus regi: «Tres reges de semine tuo erunt.» Ait rex ei: «Habes, pater, pacem huius anni.» «Semper,» ait sanctus, «habebo¹⁰ pacem a te, quia potestas tua non maius crescat¹¹.» Et rogatus sanctus Edus a rege et populo eius¹, suscitavit virum illum et unum equum; alterum vero equum dimisit in terra, et replevit stagnum aque illum locum¹², quod scotice vocatur Loch Gabre¹³, latine¹⁴ vero Stagnum Equi¹⁵. Tunc a multis nomen Christi per sanctum Edum magnificatum est¹⁶.

6. Post hec sanctissimus Edus¹ vocatus est ad regionem Midi², patriam suam, et ordinatus est episcopus; et aliquando in Mumenia³ adhuc conversabatur⁴ et cellas et monasteria in utraque regione edificavit. Habens quodam die sanctus episcopus plures messorum, pluvia magna descendit super⁵ terram; sed nulla gutta pluvie cecidit in segete sancti Edi⁶, et videbantur gutte huc atque illuc sparse evitare⁷ segetem, quasi aliquid timoris haberent. Et⁸ videntes hoc miraculum gratiam Christi cum Edo magnificabant.

7. Quidam dives in Mumenia¹ carus amicus erat sancto episcopo, qui multas oblationes et terram ei obtulit². Cui promissit³ sanctus pontifex Edus, dicto rogante, sacrificium⁴ dare,

*sibique
monaste-
rium
condit.
Cl. Ruth 1,
8.*

*Pacem
a rege
pro
sua gente
petiturus,
I, 8-9; II, 5.*

*iter
confici
curru
una rota
suffulto.*

Ps. 8, 6.

*Rex
ob pacem
negatam
punitur,
sed facti
paenitet.*

*In Midiam
projectus,
Aidus
ordinatur
episcopus.*

*Messoribus
sancti
pluvia
parcit.
I, 10; II, 6.*

*Amicum
mortuum
resuscitavit
I, 11; II, 7.*

⁷ om. COLG. — ⁸ sic M; Mumoniam COLG. — ⁹ Illundus et sic porro COLG. — ¹⁰ que om. COLG. — ¹¹ itinere T, COLG. — ¹² om. T. — ¹³ in marg. M; (h. p.) p. h. T. — ¹⁴ (fili - terrenam) filii parvam hereditatem paternam per vim terrenam COLG. — ¹⁵ mortalem COLG. — ¹⁶ quaecumque COLG. — ¹⁷ (s. p.) p. s. COLG. — ¹⁸ beato COLG. — ¹⁹ (a. e. a.) assidue apud eum T; (a. e. a.) om. COLG. — ²⁰ discens T.

4. — ¹ (sanctus - dixit) suus sanctus d. h. Aedo COLG. — ² om. COLG. — ³ (d. s.) s. d. COLG. — ⁴ (i. a.) iaratro T. — ⁵ reciste T. — ⁶ (p. E.) beatus Aedus COLG. — ⁷ om. M, T. — ⁸ sustentabat COLG. — ⁹ (a. i.) ii indigen in marg. corr. T. — ¹⁰ (sanctus - homini) alteri hom. ind. S. Aedus COLG. — ¹¹ (d. s.) s. d. T. — ¹² Eanach COLG.

5. — ¹ om. COLG. — ² Mumoniae COLG. — ³ perterritus T. — ⁴ (rogaret - gentem) i. m. et

p. g. interrogaret COLG. — ⁵ sic M; Memon- T; Mumon- COLG. — ⁶ (n. d.) d. n. COLG. — ⁷ (h. v.) v. h. COLG. — ⁸ recipiebant COLG. — ⁹ (a. r. n. p.) n. p. a. r. T. — ¹⁰ habeo COLG. — ¹¹ (m. c.) magis crescet COLG. — ¹² (i. l.) i. l. COLG. — ¹³ (L. G.) Lochgabhra COLG. — ¹⁴ latin T. — ¹⁵ edi M; egni T; equi COLG. — ¹⁶ (nomen - est) nomen Aedi magnificatum est et nomen Christi per S. Aedum COLG.

6. — ¹ (s. E.) S. Aedus COLG. — ² sic M, nisi legendum Midhi, locus indistinctus; Midhi T; Midiae COLG. — ³ Mumonia COLG. — ⁴ conservabatur COLG. — ⁵ supra COLG. — ⁶ (in - Edi) super segetem Aedi COLG. — ⁷ devitare T. — ⁸ om. COLG.

7. — ¹ Mumonia COLG. — ² optulit T. — ³ promisit T, COLG. — ⁴ (Edus - sacrificium) Aedus, ipso rogante Dominicum sacrificium COLG.

termino

A termino vite eius adveniente⁵. Sed ille dives mortuus est, sancto Edo longe ab eo absente. Hoc videns⁶ sanctus⁷ Edus spiritu, cepit velociter venire ad eum, et misit ministrum suum ante se, dicens ei: «Vade citius ad mortuum, et dic in aure eius: Vadam ego illuc, an ipse ad me veniet?» Et ilico mortuus ad vocem nuncii pontificis sanus surrexit, signansque se, venit ad sanctum Edum episcopum; et dixit ei sanctus: «Vis adhuc in hac vita manere, an nunc ire in celum?» Ille eligens tunc migrare ad celum⁸, accepit communionem dominicam de manu sancti⁹ Edi episcopi, et ibi dormivit in pace.

*penitentie
ut rursus
mortuari
impetrat.*

*Aqua
in vinum
conversa.*
I, 12; II, 8.

8. Perveniens sanctus Edus episcopus ad celam sanctarum virginum, ille susceperunt eum cum gaudio magno¹. Ille² virgines parantes cenam sancto episcopo, nullo modo tunc potuerunt invenire ei alium potum nisi aquam. Et dixit eis pontifex: «Afferte nobis aquam de puro fonte (1).» Et benedicens sanctus Edus antistes³ aquam, inde vinum dulce et forte⁴ factum est.

B Et gratias⁵ agens sanctus pontifex⁶ de illo vino cum suo populo sciatus est, et sancte virgines cum suis⁷. Et tribus vicibus gratia Dei per sanctum Edum episcopum vinum de aqua commutavit⁷.

*Armento
diffugiente,*
I, 13; II, 9.

*ductori
sanctus
adest.*

*Pro equis
quos
leprosis
dederat,
alii
submissi.*
I, 14; II, 10.

9. Homo quidam habens multa animalia ante se in via, aliquo eventu fugerunt ab eo turbata; et nec¹ potuit ea colligere. Cum ille miser fleret, venit pius episcopus Edus per viam; cui ille homo flebiliter dixit: «Domine episcope, perdidit animalia mea sine causa.» Tunc beatus Edus episcopus misertus illi, descendit in terram, et² orans³ Deum; unde peccora illius hominis de diversis locis reversa sunt ad eum, et nec unum siquidem de⁴ illis defuit. Postea ille homo benedicens⁵ sanctum episcopum cum peccoribus suis mansuetis exivit.

10. Iter aliquando agens sanctus episcopus Edus invenit duos leprosos in via, et dedit eis¹ elymosinam² petentibus duos equos sui. Et discipulis suis episcopum propter hoc increpantibus³ dixit: «Hic expectemus quosdam viros qui veniunt longe⁴ post me, ducentes mihi duos bonos equos.» Et offerentes illi homines equos sancto episcopo, caritatem et prophetiam admirabantur sui⁵, gratias Christo⁶ agentes.

⁵ veniente T. — ⁶ audiens COLG. — ⁷ episcopus add. T. — ⁸ et add. T; (ille - celum) om. COLG. — ⁹ om. COLG.

8. — ¹ (c. g. m.) c. m. g. COLG. — ² vero add. COLG. — ³ episcopus COLG. — ⁴ (e. f.) om. COLG. — ⁵ Deo add. COLG. — ⁶ eis COLG. — ⁷ convertitur COLG.

9. — ¹ non COLG. — ² om. COLG. — ³ orans M, T; oravit PLUMMER. — ⁴ (s. de) quidem ex COLG. — ⁵ Deum et add. COLG.

10. — ¹ sup. lin. corr. M; om. T. — ² elemosinam T. — ³ (e. p. h. i.) p. h. i. episcopus COLG. — ⁴ (v. l.) l. v. COLG. — ⁵ discipuli add. COLG. — ⁶ Deo COLG.

11. — ¹ Drum T. — ² cogitavit COLG. — ³ cognovit COLG.

(1) Legitur in ceteris recensionibus: «de proximo fonte». Illud fortasse et hic restituendum erat. Haud scio tamen an et haec varietas sensum exhibeat; ex quo enim vocem «uisge», quae aquam olim significabat, pro temeto hordeario Hiberni usurparunt (pleniore forma «uisge beatha», quod efferunt Scotti: «usquebaugh»; anglie gade-

11. Veniens sanctus episcopus ad monasterium sanctarum virginum, quod dicitur Drum¹ Ard, cum gaudio magno susceptus est ab eis. Intuens eas vir Dei cognovit² unam earum tunc cecidisse in peccatum. Tunc illa sciens quod noverat³ peccatum eius sanctus episcopus, confessa est culpam suam coram omnibus, et egit penitentiam.

VITA III
*Monialis
penitentia*
I, 15; II, 11.

12. Quidam latrones decollaverunt tres viros in via per quam illo die sanctus episcopus Edus ibat; sed illi latrones divino nutu retenti sunt, et nec¹ se inde potuerunt² movere, donec pervenit ad eos sanctus episcopus. Et increpans eos sanctus pontifex, illi corde penitentiam egerunt; et vir Dei suo verbo solvit illos. Volensque vir sanctus capita lavare occisorum suo cruore, aquam non invenit prope. Tunc benedicens frontem³ terre⁴, fons lucidus erupit, qui usque hodie ibi manet. Copulans⁵ sanctissimus Edus episcopus⁶ capita illorum occisorum⁷ ad corpora sua, dixit alta voce eis coram omnibus: «In nomine domini mei Iesu Christi modo surgite⁸ ad nos.» Unde ad verbum episcopi⁹ illi surrexerunt leti et sani, benedicentes Christum et suum pontificem.

*Tres viros a
latronibus
iugulatos*
I, 16; II, 12.

*vitae
restituit.*
E

13. Homo quidam, qui paciebatur magnum¹ dolorem capitis² venit ad sanctum Edum dicens: «O sancte Dei, affligor valde dolore capitis³; ora pro me.» Cui ait pontifex: «Nullo modo poterit a te dolor iste exire, nisi in me⁴ superveniet; sed premium magnum habebis si patienter sustinueris.» Ille respondit: «Domine, dolor supra vires est⁵.» Sanctus⁶ Edus ait: «Dolor capitis tui, o homo, veniat in capud meum.» Et ilico dolor descendit in capud sancti pontificis, et homo ille sanus exivit, gratias agens. Suscepit igitur⁷ Christi famulus dolorem alterius in se ipsum, ut⁸ proximum adjuvaret, et ut⁹ pro Christo martirium toleraret¹⁰. Et multi postea¹¹, invocato nomine sancti Edi¹², a dolore capitis sanantur, sicut in hac re probatum est¹³: quaedam sancta virgo habens nimium dolorem capitis³, invocavit nomen sancti Edi, posita longe ab eo, et ilico sana facta est a dolore capitis usque ad mortem suam.

*Alienum
capitis
dolorem
in se
recipit.*
I, 17; II, 13.

*Eius
invocatione
capitis
dolores
sanantur,
quod et
virgo
quaedam
experta est.*

14. Regina regis Themorie, id est Diarmada filii Cearbaill¹, Mugain nomine², que de Mu-

12. — ¹ (sunt et nec) ut nec COLG. — ² potuerint COLG. — ³ sic M, T; fontem COLG. — ⁴ et add. T. — ⁵ autem add. COLG. — ⁶ (E. e.) episcopus Edus T. — ⁷ om. COLG. — ⁸ (m. s.) s. m. COLG. — ⁹ S. Episcopi COLG.

13. — ¹ maximum T. — ² in capite COLG. — ³ et add. COLG. — ⁴ (in me) om. T. — ⁵ om. COLG. — ⁶ tunc add. T. — ⁷ om. T; sanctus add. COLG. — ⁸ per Christum add. COLG. — ⁹ post corr. M. — ¹⁰ tolleraret T. — ¹¹ bis M sed semel del. — ¹² Ad invocationem nominis sancti Edi episcopi sanantur homines ab (a M) infirmitate capitis ut hic (p... T) in marg. M, T. — ¹³ (p. e.) probatur T.

14. — ¹ (f. C.) filia Cearbaill T. — ² (Diarmada - nomine) Diermitij filii Kerualli, cui nomen erat Mughaind COLG.

licum nomen scribitur: «whisky»), ut ipsam aquam significarent addiderunt adiectivum «glan», id est purum seu merum. Vid. P. S. DINNEEN, *Foclóir Gaedhíle agus Béarla. An Irish-English Dictionary* (Dublin, 1904), p. 367, col. 1, l. v. Glan-uisce (*Irish Texts Society*).

VITA III
Reginae
Hiberniae
sterili
prolem
impetrat.
I, 18.

Cibos con-
sumptos
in integrum
restituit.
I, 20; II, 15.

In caelum
raptur.
I, 23; II, 18.

Puellam
resuscitat.
I, 24; II, 19.

Saxum
prodigio
transfert;
I, 25; II, 20.

monia est orta³, sterilis erat, et non habebat prolem; rogavitque⁴ illa sanctum Edum ut haberet filium. Dixitque ei sanctus: « Habebis, domina regina, filium, qui erit rex gloriosus. » Et illa peperit filium, id est Aedh⁵ Slane, qui fuit rex magnus⁶ Temorie, natus per orationem sancti Edi episcopi.

15. Venit beatus Edus episcopus ad quasdam sanctas virgines, quae erant¹ sub cura sancti Kyarani² abbatis. Ille virgines habebant³ cenam paratam beato Kyarano, patrono suo, quam dederunt sancto Edo episcopo. Sciens autem episcopus virgines esse in angustia, cum esset sanctus Kyaranus prope, dixit⁴ eis: « Ponite vassa⁵ cibi vestri et potus, sicut⁶ fuerunt⁷ antea, et erunt plena simili modo. » Et sic inventa sunt. Et cena reparata⁸ a⁹ Deo per gratiam sancti Edi¹⁰, iterum tradita est sancto¹¹ Kyarano a beatis virginibus.

16. Aliquando venit sanctus senior Edus ad cellam aliarum virginum, et sedit super¹ petram ante ostium celle. Et raptus est sanctus episcopus in celum ante omnes, et post duas horas dimissus est super eandem petram; et² valde universi illi³ mirabantur. Casulam⁴ vero⁵, quam tunc beatus pontifex dimisit in illam cellam, petentibus virginibus, usque hodie ibi manet cum magno honore.

17. Quidam crudelis miles virginem quandam rapuit¹, volens eam habere² uxorem; sed cum illa pervenit ad domum illius viri, ilico mortua est virgo. Hoc audiens sanctus Edus, perrexit ad illum, increpans eum³ de sua audacia; ipse enim⁴ egit penitentiam, et obtulit⁵ se episcopo in habitum monachalem, et postea fidelis monachus fuit sub cura episcopi⁶. Et ait sanctus Edus episcopus virgini mortuae⁷: « Surge, filia, et veni nobiscum ad cellam tuam. » Illa ilico a morte surrexit; et congratulabantur omnes in Christo cum illa⁸.

18. Fodientes aliquando fratres circa monasterium sancti Edi¹, invenerunt saxum, quod nulla vi de suo loco potuit deponi. Videns hoc sanctus Edus, imperavit saxo² coram fratribus, ut descenderet in alium locum; et ilico ad verbum sancti³ episcopi saxum in⁴ alium locum descendit. Quod sanctus Edus benedixit⁵, et sanitas quibusdam apud ipsam a Deo⁶ per benedictionem sancti episcopi datur.

19. Erant pessimi¹ latrones in insula in medio

stagni, qui multum regioni² per circuitum nocebant. Et volebat sanctus episcopus Edus³ eos inde expellere, et non potuit. Quibus dixit: « Stagnum istud⁴ erit mihi obediens. » Et sequenti nocte illud stagnum de suo loco in regionem Connachthorum⁵ exivit, et stetit ibi in quodam campo; et vocatur Loch na hAidche⁶ scotice, id est Stagnum Noctis, eo quod in nocte pervenit illuc. Sic enim quidam propheta nomine Becc⁶ dixit: « Stagnum aque huc veniet nocte propter imperium sancti⁷ Edi episcopi. »

20. Homo quidam cogebatur a domino suo, quodam mago, reddere debitum suum, id est gregem porcorum. Et venit ad sanctum Edum, ut ipse sibi inducias a domino suo peteret. Magus autem hoc¹ noluit dare. Cui ait sanctus episcopus: « Ego reddam tibi debitum pro eo. » Accipiensque ille magus porcos a sancto pontifice, exivit gaudens ad domum², et clausit suile super porcos. Mane autem suile clausum invenit, sed minime porcos. Tunc sentit³ quod nil⁴ valet magica⁵ ars contra christianitatem.

21. Venit aliquando dux Tedbe¹ devastare quandam² plebem in regione Midhi³; et rogatus <est⁴> sanctus Edus⁵ ab incolis illius⁶ plebis occurrere ei et⁷ pacem ab eo querere. Hoc audiens dux ait exercitui suo: « Eamus velociter priusquam sanctus Edus⁸ episcopus ad nos veniet. » Hoc sciens vir Dei signavit contra illos (1). Illi autem ingredienti in quandam fluvium in confinio illius plebis et regionis Tedbe¹, equi eorum steterunt immobiles in vado, donec pervenit ad eos sanctus episcopus⁹. Quibus ipse ait: « Revertimini, boni homines, ne deterius vobis fiet¹⁰, quia nec vos, nec equi vestri, hinc longius ire¹¹ poteritis. » Tunc illi agentes penitentiam soluti sunt, et vacui redierunt ad sua¹², glorificantes sanctitatem beatissimi Edi episcopi¹³.

22. Ambulans in via sanctus senior¹ Edus, occurrit ei quidam tractus, dicens: « Domine¹, decem vacas² habeo; et ecce modo omnes vituli earum a lupis³ devorati sunt, excepto uno. » Cui sanctus episcopus ait: « Collige limum quod meo baculo adheret. Et mixtum cum aqua, asperge inde vacas et vitulum vivum. Hoc faciens, diligent eum vaccae valde, et dabunt lac suum. » Et sic factum est. De quo homo ille cum suis multum gaudebat⁴, quia non de vitulis dolebat⁵, sed de matribus et lacte earum.

³ (e. o.) o. e. T. — ⁴ et rog. T.; que om. COLG. — ⁵ Aedum COLG. — ⁶ (r. m.) m. r. COLG.

15. — ¹ (sanctas - erant) virgines beatas quae fuerant COLG. — ² Ker- T et sic infra; Kier- COLG. et sic infra. — ³ tunc add. T.; habuerunt COLG. — ⁴ dicit COLG. — ⁵ vasa T. — ⁶ sicuti COLG. — ⁷ fuerant T, COLG. — ⁸ est add. COLG. — ⁹ domino add. COLG. — ¹⁰ episcopi et add. COLG. — ¹¹ beato COLG.

16. — ¹ supra COLG. — ² om. COLG. — ³ (v. u. i.) u. i. v. COLG. — ⁴ sic M, T; casula COLG., PLUMMER. — ⁵ om. T.

17. — ¹ (v. q. r.) r. q. v. COLG. — ² in add. COLG. — ³ illum COLG. — ⁴ vero COLG. — ⁵ optulit T. — ⁶ eius COLG. — ⁷ (v. m.) m. v. COLG. — ⁸ (in - illa) cum illa cum Christo COLG.

18. — ¹ episcopi add. COLG. — ² saxa T. —

³ Aedi add. COLG. — ⁴ ad COLG. — ⁵ (q. s. E.) et S. Aedus illud COLG. — ⁶ domino COLG.

19. — ¹ passim COLG. — ² om. COLG. — ³ illud COLG. — ⁴ Connachthorum T; Connachthorum COLG. — ⁵ (L. na hA.) Lochna hAche T; Lochna hoidhche COLG. — ⁶ Beggus-Mac-de COLG. — ⁷ om. T.

20. — ¹ om. T. — ² suam add. COLG. — ³ sensit T. — ⁴ nichil T. — ⁵ miagia COLG.

21. — ¹ Theaffae COLG. — ² quandam T. — ³ Midiae COLG. — ⁴ om. M, T. — ⁵ (s. E.) E. s. T. — ⁶ istius COLG. — ⁷ om. T. — ⁸ om. COLG. — ⁹ (pervenit - episcopus) ad eos s. e. p. COLG. — ¹⁰ sic M, T, COLG. — ¹¹ (l. i.) l. i. COLG. — ¹² suam T; suos COLG. — ¹³ (E. e.) e. E. T.

22. — ¹ om. COLG. — ² vaccas T. — ³ lupis T, COLG. — ⁴ gaudebat COLG. — ⁵ dolebat COLG.

itemque
stagnum,
I, 26-27; II, 21.

uti
propheta
quidam
praenun-
tiaverat.

Debitori
pauperi
adest,
I, 28; II, 22.

avarumque
creditorum
punit.

E

Rex
sanctam
audire
renuens
I, 29; II, 23.

divinitus
impeditur

Cf. Ioh. 5,
14.

Vitulum
defectus
suppletur
I, 30; II, 24.

F

(1) Intellege fecisse sanctum adversus hostes signum crucis; de quo ceterae recensiones silent.

*Ut reum
a supplicio
servel,
supra mare
graditur.*
I, 31; II, 25.

23. Parentes unici filii venerunt ¹ ad sanctum Edum, rogantes eum ut ² ipse quereret illum unicum ³ filium, quem rex Midhi ⁴ in vinculis tenebat ad perdendum eum. Et perrexit cum illis sanctus senior ad insulam stagni Lebayn ⁵, ubi erat rex; sed non permissus est sanctus episcopus in ⁶ insulam. Erat enim ⁷ edictum a rege, ne vir Dei introduceretur in ⁸ insulam. Hoc sciens sanctus Edus, calcavit aquam quasi aridam terram, et ⁹ ambulavit siccis ¹⁰ pedibus in insulam ad regem. Videns rex maximum ante ¹¹ factum miraculum, dedit vinctum sancto pontifici. Dei servus benedicens regi, donavit illum liberum Deo ¹² gratias agentibus.

*Homicida
punitur.*
I, 32; II, 26.

24. Crudelis homo et infelix aliquando iugulavit alium iuxta sanctum Edum. Cui auriga sancti episcopi dixit: «Pereat manus tua et cadat a te, quia non dedisti honorem sancto Dei.» Et ait sanctus episcopus Edus: «Bene dixisti hoc misero homini ¹; nam in hac hora mortuus esset, nisi hunc sermonem dixisses. Quando enim homo vult ² vindicare, Deus ³ non vult. Ideo iam quia hoc dixisti, Deus dedit ei ⁴ inducias huius anni ad penitendum; sed completo hoc anno ⁵ in hac die ⁶ morietur.» Et sic factum est.

Cf. Deut.
32, 35.

*Daemonem
malum
consilium
suggerentem
videt
et manifestat.*
I, 34; II, 28.

25. Beatus senex Edus episcopus ¹ perrexit ad ducem Baithenum, ut liberaret quandam feminam liberam, quam dux cogebat ut esset ancilla ². Cui dux superbus dixit: «Nullo modo dimittam eam.» Cui vir sanctus ait: «Si videres suadentem tibi ³ hoc, statim dimitteres eam.» Dux ait: «Vere, dimittam eam, si videro eum.» Sanctus ait: «Non poteris sustinere terribilitatem vultus eius.» Dux autem graviter postulans ⁴, sanctusque ⁵ signavit illum cum suis. Apparuit ilico demon ⁶ ante eos ⁷, et exterriti sunt ⁸ et facti sunt velut mortui; et vix orationibus sancti episcopi ⁹ ad vitam revocati sunt ¹⁰. Et ¹¹ sic mulierem illam a servitute liberavit.

Cf. Matth.
28, 4.

*itemque
alia vice
daemones
de peccato
gaudentes.*
I, 35; II, 29.

26. Intrans sanctus Edus episcopus domum cuiusdam militis ¹, in qua erat furtum; dominus autem ² domus gavisus est ³ in adventu sancti senis. Colloquentes invicem, ille miles vidit ⁴ sanctum Edum semper intendentem in angulum ubi erat furtum; et interrogans virum Dei, cur inspiceret semper ⁵ illum locum, dixit ei: «Noli inquirere, fili.» Ille miles magna prece postulans, ait ei sanctus: «Furtum ibi est, et ¹ demones supra, lambentes ² illud ³ et ludentes in eo.» Ille ait: «Ostende mihi illos, domine episcope ⁴.» Sanctus ait: «Noli videre tetros ⁵

demones.» Postulans autem ille moleste, ostendit ei ⁶ vir Dei demones ⁷; et cum vidit ⁸ ipse species demonum, morti appropinquavit; et vix oratione ⁹ sancti consequutus ¹⁰ est vitam.

27. Quidam dux de Mumenia ¹ resistens in aliqua re sancto ² seni Edo, dimisit repente ³ lumen oculorum et effectus ⁴ est cecus. Postea ille agens penitentiam, magnas oblationes et agros obtulit ⁵ sancto Edo; et ilico, orans vir Dei ⁶ pro eo ⁷, aperti sunt oculi eius ⁸, et lumen suum recepit ⁹.

28. Cura sancti senis Edi ¹ erat multum ad liberandos homines de carceribus et de servitute iniqua. Quesivit a quodam rege iuvenulam quam invade ² dampnabat, sed rex renuit dimittere eam. Reges enim immites et asperi sancto Edo erant, sed divino nutu cogebantur facere voluntatem eius. Et ait sanctus ³ illi ⁴ iuvenule tunc presenti ⁵: «Sequere nos, filia.» Illa iam ad hanc vocem secuta est sanctum Dei. Sed nullus de exercitu regis vidit illam sequentem sanctum Dei ⁶ per medias turbas. Et veniens vir sanctus ⁷ de castris, misit illam ad sua ⁸ liberam. De hoc rex cum aliis ⁹ multum admiratus est.

VITA III

*Rex
sancto
resistens
caecitate
percussus.*
I, 37; II, 31.

*Ancilla
libertati
restituta.*
I, 38; II, 32.

E

29. Homines malicia pleni occurrentes sancto Edo in via regali, que dicitur Slighe ¹ Assail ², occiderunt unum de familia eius ante eum transcurrentem, quem ipse diligebat. Et relinquens vir sanctus viam illam, venit inde tristis in ³ magno merore et stetit in alia parte campi; et ecce ⁴ angelus Domini apparuit ibi ⁵, dicens ei ⁶: «Nisi de loco illo ita huc venisses, terra ante te ⁷ omnes illos ⁸ deglutisset; et ignis ibidem esset accensus, qui inextinguibilis ⁹ permaneret usque in ¹⁰ diem iudicii ¹¹ in signum vindicte; tamen morte pessima illi ciccius peribunt ¹².» Et sic contigit ¹³ illis omnibus.

*Homicidae
divinitus
multati.*
I, 40; II, 34.

30. Volentes quedam mulieres ¹ capita sua lavare in dominica nocte, dixit eis sanctus Edus: «Quid vultis facere?» Dicunt ei: «Nostra lavare capita volumus.» Quibus sanctus ait: «Nolite facere, quia dominica nox est.» Ille iam non obediens sancto ² episcopo, laverunt capita sua. Mane autem surgentes, tota coma ³ de capitibus earum cecidit. Hoc videntes flevierunt et venerunt tristes ad sanctum Edum, et penitentiam egerunt coram eo ⁴. Benedixit eas sanctus pontifex, dicens: «Vestram portate ignominiam ⁵ hodie; et crastino die lavantes, novis et mirabilibus comis ⁶ tecta erunt capita vestra.» Et sic factum est.

*Mulieres
punit
sabbato
vespere
capita
lavantes.*
I, 41; II, 35.
Cf. Luc. 6, 2.

Cf. I Cor.
11, 14-15.

23. —¹ (venerunt) ne sup. lin. corr. T. —² post corr. M. —³ eorum add. Colg. —⁴ Midiae Colg. —⁵ Lebuin T.; Lebein Colg. —⁶ ad Colg. —⁷ (erat enim) quia erat Colg. —⁸ om. T. —⁹ suis Colg. —¹⁰ om. M. T. —¹¹ exidit aliquid in codd.; (I. D.) liberum suis parentibus Deo et S. Aedo Colg.

24. —¹ (h. m. h.) homini misero Colg. —² (h. v.) v. h. Colg. —³ (v. D.) iudicare Dominus Colg. —⁴ om. Colg. —⁵ (h. a.) a. h. T. —⁶ (i. h. d.) hoc die Colg.

25. —¹ om. Colg. —² ipsius add. Colg. —³ (g. p.) p. g. Colg. —⁴ que om. Colg. —⁵ illos T.; (a. e.) coram eis Colg. —⁶ omnes add. Colg. —⁷ viri Colg. —⁸ (ad - sunt) revocati sunt ad v. Colg. —⁹ om. T.

26. —¹ om. Colg. —² iam (?) T. —³ (d. g. e.) gaudebat Colg. —⁴ (i. m. v.) v. m. i. Colg. —⁵ in add. Colg. —⁶ umbentes Colg. —⁷ (i. d. e.) d. e. i. Colg. —⁸ thetros T. —⁹ illi T.

Novembris Tomus IV.

—¹⁰ (postulans - demones) om. Colg. —¹¹ vidisset Colg. —¹² orationibus Colg. —¹³ sic M.

27. —¹ Momenia Colg. —² sancta add. Colg. —³ om. Colg. —⁴ factus Colg. —⁵ optulit T. —⁶ post corr. M; om. T. —⁷ (o. v. D. p. e.) v. D. o. p. e. Colg. —⁸ sup. lin. corr. T. —⁹ reperit T.

28. —¹ om. Colg. —² et inique Colg. —³ s. add. T. —⁴ ante corr. presente M; presente T. —⁵ (sed - Dei) om. Colg. —⁶ Dei Colg. —⁷ suos Colg. —⁸ suis Colg.

29. —¹ Slige T. —² (S. A.) Sligeassuil Colg. —³ cum Colg. —⁴ (e. c.) bis M. —⁵ ei Colg. —⁶ om. Colg. —⁷ (o. i.) i. o. T. —⁸ extinguiibilis ante corr. M. —⁹ ad T. —¹⁰ iudicii M. —¹¹ (c. p.) p. c. Colg. —¹² contingit M (prima man.), T.

30. —¹ (q. m.) m. q. T. —² beato T. —³ comma T. —⁴ (e. c. e.) c. eo eg. Colg. —⁵ ignominiam T, Colg. —⁶ commis T.

VITA III
Sanctus
carnes
in alios
cibos
convertit.
I, 45; II, 39.

Cf. Luc.
24, 42.

Cibi
miraculo
dant.
I, 46; II, 40.

Ps. 67, 36.

Lignum
ingens
eius
imperio
transferitur.
I, 47; II, 41.

Locum
aptum ad
monaste-
rium con-
dendum,
I, 48; II, 42.

31. Venit sanctus Edus episcopus¹ ad insulam Bo Finde², id est Vace³ Albe, que est in stagno Righ⁴. Suscepit eum sanctus Ryoeh⁵, abbas illius loci, honorifice. Monasterium enim clarum in illa insula est, quod ex nomine insule nominatur. Et posuit ille abbas⁶ cenam magnam de carnibus ante sanctum episcopum. Beatus vero episcopus Edus nolebat⁷ carnes comedere⁸, et benedixit illas carnes; et panes et pisces⁹ et mel exinde¹⁰ facti sunt. Et videntes hoc miraculum comederunt illa cum episcopo, gracias Christo agentes.

32. Visitavit sanctus episcopus Edus sanctum Henanum¹ heremitam, qui habitabat in² loco ubi nunc est clarum monasterium in honore eius, quod vocatur Druim³ Raith; et rogavit beatissimum Henanum⁴ sanctum Edum, ut sumeret caritatem apud eum; sed⁵ tamen nichil habuit nisi holera et aquam. Hoc videns sanctus pontifex subridensque, ait ministro sancti Henani: «Vade, frater, ministra nobis cibos sufficienter.» Et revertens ille frater⁶ ad quoddam⁷ holus⁸ offerendum, invenit coquinam suam omni genere ciborum plenam. Omnes hoc⁹ videntes et audientes, dabant gloriam Deo, dicentes: «Mirabilis Deus in sanctis suis.»

33. Abiit sanctus senex Edus¹ episcopus visitare beatissimum Lasreanum², qui regebat plures monachos in insula posita in stagno Erne³, quam Scoti nominant Daimh Hynis⁴, id est Insulam Boum⁵. Et invenit sanctus Edus beatum patrem Lasreanum⁶ et fratres suos foris laborantes, dixitque eis: «Quid ego operis agam vobis?» Sanctus Lasreanus ait ei: «Opus tuum est, ut moveas hoc lignum de loco suo.» Lignum illud erat maximum et vetustum in terra. Tunc sanctus Edus⁸ in Christi nomine imperavit ligno ut discederet⁹ de loco suo¹⁰. Lignum illud ingens ilico¹¹ elevatum est in similitudinem¹² avis, et transiliens proiecit¹³ se in mare. Et videntes hoc miraculum, laudes Deo dederunt.

34. Incipiens sanctus Edus monasterium in quodam loco edificare¹, angelus Domini dixit ei: «Non debes hic cellam edificare.» Sanctus Edus ait: «Ubi igitur debeo²?» Angelus respondit: «Castellum illius hominis tibi a Domino datum est; ibi iam per³ te anime multe in celum ibunt.» Hoc audiens ille dives homo, id est dominus illius⁴ castelli, displicuit sibi⁵ multum; et iravit quod nunquam sancto Edo da-

ret suum castellum. Quodam die, intrans A sanctus episcopus illud castellum, fugit homo ille de castello suo, ne videret sanctum² pontificem. Et statim gravi infirmitate percussus est usque ad mortem. Sanctus Edus dixit suis: «Adducite eum ad me.» Et cum adductus fuisset, ait ei sanctus: «Confide in Domino et age penitentiam.» Tunc ille dives obtulit Deo⁶ et sancto Edo illud castellum cum suis⁷. Unde ait sanctus Edus: «Elige modo hic⁸ esse vivus et sanus⁹ ab infirmitate ista¹⁰ ad tempus, an nunc ad celum migrare.» Ille eligens ilico ad celum ire, accepit¹¹ sanctum sacrificium a pontifice, et ibi obiit feliciter. Et in illo castello sanctus episcopus instituit¹² monasterium, quod ex nomine sancti Edi vocatur¹³.

35. Cisterna venenata per hiatum terre¹ apparuit in illa regione, et fumus de ea egrediebatur, qui mortiferam pestem hominibus et iumentis faciebat. Tunc habitatores illius² regionis rogaverunt sanctum Edum episcopum, ut eos adjuvaret de illa³ pestilentia. Et perrexit vir Dei cum eis ad illum⁴ locum, et benedixit in Dei nomine illam cystemam⁵; et ab illa hora fumus ab ea evanuit et nichil postea⁶ nocuit. De hoc in illa plebe gaudium magnum factum⁷ est, gratulantes in Deo per sanctum suum.

36. Promisit aliquando beatissimus episcopus Edus¹ uni fratri se roganti secum simul ire in celum², ut veniret secum ad regnum Christi. Et cum veniret dies exitus sanctissimi³ episcopi Edi⁴ de hoc seculo, dixit fratri: «Prepara te, frater, ut migres mecum ad celum.» Ille autem tunc⁵ noluit de hoc seculo migrare. Adveniens quidam rusticus ipsa⁶ hora ad visitandum sanctum senem Edum episcopum, dixit ei: «Utinam mihi diceres, sancte episcopo: Veni mecum in paradissum⁷.» Cui ait ecclesie pastor, sanctus Edus⁸ episcopus: «Prepara te, bone homo, et iace mecum in hoc lecto.» Ita agens homo, leta mente cum beatissimo Edo episcopo feliciter illa hora⁹ obiit¹⁰. Hoc sanctus Columba Cylle¹¹ in insula Hya¹² videns spiritualiter, dixit fratribus suis: «Opus magnum et firmum modo fecit frater noster, sanctus senex Edus episcopus¹³. Ecce enim peccatorem et non merentem ducit secum in¹⁴ celum, nulla demonum vis valens sibi resistere.» Et beatissimus pontifex Edus¹⁵ cum suo rustico¹⁶ post Christum cum suo latrone inter choros angelorum suavia carmina

invito
domino,
mirabiliter
sibi
arrogat.

Cisternam
venenatam
salubrem
reddidit.
I, 50; II, 44.

Cf. Apoc.
9, 2.

Peccatorem
secum
mortentem
in caelum
deducit.
I, 52; II, 46.

Cf. Luc.
23, 43.

31. —¹ (E. e.) e. E. T. —² Bofindhe (sic) M; Bofinne T; Bofinde COLG. —³ vaccae COLG. —⁴ Ri T; Rigue COLG. —⁵ Rioc T; Rioc COLG. —⁶ (i. a.) om. COLG. —⁷ noluit COLG. —⁸ comedere T. —⁹ pisset T. —¹⁰ einde ante corr. M.

32. —¹ Enanum T et ita porro. —² om. T. —³ Drum T. —⁴ (b. H.) B. Henanus COLG. —⁵ om. COLG. —⁶ minister T. —⁷ quodam T. —⁸ olus T.

33. —¹ (s. E.) om. COLG. —² (b. L.) S. Lazrenum COLG. —³ Erne COLG. —⁴ (D. H.) Daimh-boum COLG. —⁵ bovium prima man. M; (Daimh-boum) Bohinnis, id est bovinam insulam T. —⁶ Lazreanum COLG. —⁷ (o. a. v.) vobis operis faciam COLG. —⁸ (s. E.) E. s. T. —⁹ descenderet COLG. —¹⁰ et add. COLG. —¹¹ statim COLG.; (lignum - ilico) ilico illud ingens I. T. —¹² similitudine M. —¹³ (t. p.) prosiens provexit COLG.

34. —¹ edificare T. —² om. COLG. —³ (i. p.)

itaque a COLG. —⁴ istius COLG. —⁵ ipsi COLG. —⁶ Domino COLG. —⁷ agris add. COLG. —⁸ (m. h.) h. m. COLG. —⁹ (v. et s.) s. et v. COLG. —¹⁰ usque add. COLG. —¹¹ cepit T; dominici corporis et sanguinis add. COLG. —¹² instruit COLG. —¹³ nominatur COLG.

35. —¹ (p. h. t.) pariatum terra M. T. —² istius COLG. —³ ista COLG. —⁴ istum COLG. —⁵ (i. c.) cisternam illam COLG. —⁶ (n. p.) p. n. COLG. —⁷ om. COLG.

36. —¹ (b. e. E.) S. Aedus COLG. —² (i. i. c.) in celum ire COLG. —³ beatissimi COLG. —⁴ (e. E.) E. e. T. —⁵ om. COLG. —⁶ illa COLG. —⁷ paradissum T. COLG. —⁸ (ecclesie - Edus) s. ecl. p. Edus T. —⁹ (f. i. h.) i. h. f. COLG. —¹⁰ (h. o.) o. h. T. —¹¹ Chille T; Kille COLG. —¹² Hya T. —¹³ (sanctus - episcopus) Aedus et sanctus episcopus COLG. —¹⁴ ad COLG. —¹⁵ (p. E.) Aedus episcopus COLG. —¹⁶ (s. r.) r. s. PLUMMER.

canencium,

A canencium, quarto idus novembris migravit ad celum, regnante domino¹⁷ nostro Iesu Christo¹⁸, cui est magnificentia ab omni creatura cum eodem¹⁹ Deo Patre et Spiritu sancto, qui sine fine

vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. VITA III

Explicit Vita sancti Edi episcopi et confessoris¹. Coronis.

¹⁷ Deo add. T. — ¹⁸ (regnante - Christo) ubi regnat dominus noster Iesus Christus Colg. —

¹⁹ eo ante corr. M; eodem om. Colg. Coronis. — ¹ (explicit - confessoris) om. Colg.

DE SANCTO ELAETH

CONFESSORE IN MONA INSULA

SAEC. VI

S. Elaeth
e qua
stirpe
ortus,

1. S. Elaeth, rex et poeta, e qua stirpe duxerit originem ostendit genealogia in codice Peniarth 45, saec. XIII exeuntis: Elaeth urenhin, mab Meuruc, mab Idno; ac Omen Grog, uerch Wallawe, mab Lleenawc, y uam (1). Latine et nominum forma ad hodiernam scriptionem redacta: Elaeth rex, filius Meurig (haec cymrica forma est nominis Mauricii), filii Idno; et Omen Greg (rauca an graeca, incertum), filia Gwallog, filii Lleenog, (erat) mater eius. Consentiant ceteri codices genealogici qui Elaeth meminerunt, nisi quod matris nomen alii scribunt Omen (2), alii Onnen (3), seu, quod idem valet, Onen (4), alii Elen (5), quae cymrica forma est nominis Helenae. Ad Coel Godebog, auctorem unius e gentibus sanctis Cambriae, paternam stirpem prosecutus est codex unus (6), cuius ope stemma est structum (7) in hunc modum: Coel Godebog, Ceneu, Gorwst Ledlum, Meirchion Gul, Idno, Meurig, Elaeth. Haec si vera sunt, conici potest vixisse S. Elaeth saeculo VI; fertur enim Coel Godebog ante medium saeculum IV vixisse (8). Maternus autem sancti avus Gwallog ab Lleenog, vir fortissimus et in antiquis Cambriae fastis inclutus (9),

Arturi regis amicus fuisse legitur (10). Sed, in densissimis tenebris cambricae historiae, omnino dubia est haec etiam temporis nota.

2. Unde expiscati essent recentiores rerum ab Elaeth gestarum narrationem, non comperimus (11). Haec fere quae tradunt: regem illum fuisse in partibus septentrionalibus Angliae quae nunc est; deinde avito regno ab hostibus pulsum eodem, quo Pappo percussus est, casu adverso, idem vitae genus elegisse (12) atque in parvam insulam prope Monam confugisse (13), ubi pie religioseque quod supererat aetatis egerit in monasterio condito a S. Seiriol. Utrumque se illa habent, certius videtur a S. Elaeth rege conditam esse ecclesiam ubi nunc est parochiale templum vici Amlwch, in litore septentrionali Monae insulae; locus enim e sancti nomine olim dictus est Llan Elaeth Frenin (14), id est Saeptum Elaeth regis. Ibi fons est illi sacer, cymrice Ffjynnon Elaeth appellatus, aliquando variorum morborum curatione insignis et oraculis, quae ex anguilla motibus edebantur. Piscis enim eius generis in fonte retinebatur; vatis partes agebat quidam ex accollis. Sed interdum, anguilla latente, plures dies

qua aetate
vixerit.

C

Res ab eo
gestae.

Cultus
in vico
Amlwch.

F

(1) S. BARING-GOULD and J. FISHER, *Lives of the British Saints*, t. IV, p. 372, col. 2. Codicem descriperat J. G. EVANS, *Historical Manuscripts Commission. Report on Manuscripts in the Welsh Language*, t. I, p. 379-80. — (2) Omen Grog, in Libro Iohannis Brook de Mawddwy ap. Ludovicum Morris in *Myvyrian Archaiology*, ed. 2, p. 424, col. 2. Moment editores, eruditi viri, legendum esse Onien Greg, ibid., annot. 1. Adverte onen cymrice significare « fraxinam arborem ». — (3) Hafod MS. 16, circiter annum 1400 exaratus, nunc in publica bibliotheca Cardiffensi, in *Myvyrian Archaiology*, ed. 2, p. 416, col. 1-2. Eius codicis apographum est Harleianus 4181, in Museo Britannico, saec. XVIII ineuntis, ap. W. J. REES, *Lives of the Cambro British Saints*, p. 268, num. 48; cf. BARING-GOULD and FISHER, op. c., t. I, p. 86, num. 4. Liber longus Thomae Truman in *Iolo Manuscripts*, p. 127. Adde codicem Roberti Davies in collectaneis Ludovici Morris, *Myvyrian Archaiology*, ed. 2, p. 424, col. 2, et codicem seu codices alios nescio quos ibidem signatos litteris L. M. — (4) Codex Thomae Hopcin, circiter annum 1670, in *Iolo Manuscripts*, p. 101, num. 22. — (5) Ita codex alter a Thoma Williams inter annos 1578 et 1609 descripto, in Ludovici Morris collectaneis, *Myvyrian Archaiology*, ibid.; item codex dictus Llyvyr Bodeulwyn, ibid. Sed uterque adeo

corrupte hanc stirpem refert ut vix quicquam sit faciendus. Historiarum autem collectionem quae Hanesyn Hên dicitur non vidimus. Hanc a ceteris non dissentire scribunt BARING-GOULD et FISHER, t. II, p. 425, annot. 2. — (6) Codex supra allatus Thomae Williams, ibid. — (7) BARING-GOULD and FISHER, t. I, p. 91-92. — (8) RICE REES, *An Essay on the Welsh Saints*, pp. 89-91. — (9) V. g. *Myvyrian Archaiology*, ed. 2, p. 407, col. 2, num. 71; J. LOTH, *Les Mabinogion*, ed. 2, t. II, p. 258, num. 37-38. Eius stirps legitur ibid., p. 335, num. ix. De eo lege LOTH, t. c., p. 142, annot. 1. — (10) In narratione inscripta Chwedyl Gereint vab Erbin, ap. J. G. EVANS, *The White Book Mabinogion* (Pwllheli, 1907), col. 406; cf. LOTH, t. c., p. 142. — (11) RICE REES, op. c., p. 271; J. G[AMMACK], ap. W. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. II, p. 66, col. 2; BARING-GOULD and FISHER, t. II, p. 425. — (12) Supra, p. 189, num. 4. — (13) Nunc Ynys Seiriol dicta, in parochia Penmon, haud procul a Beaumaris civitate. — (14) Llan Eleth Frenin, codex Peniarth 147, exaratus circiter annum 1566, ap. J. G. EVANS, *Report*, t. c., p. 912, col. 3; Llan Eleth neu Amlwch (id est: Llan Elaeth sive Amlwch), codex Iohannis Brooke de Mawddwy, exaratus an. 1590-1591, ibid., annot. 18 et o.

exspectandum